



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pudicitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A habet, alatur in florem. Ideo ergo lilia non laborant neq; nent, quia virtutes Angelorum ex ea, quam adeptæ sunt originis suæ forte, ut sint semper, accipiunt. Generatim vero florem Eucherius hieroglyphicum esse dicit eorum operum, quæ bene riteq; fuerint inchoata: & Canticorum canticum ea de causa Sponsum dicere, *Fulcite me floribus.*

PULCHRITUDO. CAP. XI.

E Si & pulchritudinis signum liliam sive formam, sive colores ejus contemplere, Sufasq; mollem delicatamq; Persarum urbem, ubi Regum erant hyberna, ob mitissimam cæli plagam & amœnitates alias, inde cognominatam tradunt, quod Sufa Persarum lingua liliam sit. Volentes itaque loci pulchritudinem signare, nomen à lilio fecerunt, quamvis Stephanus à multitudine potius liliorum, quæ passim illic & feracissimè proveniunt, cognomentum urbi inditum inscripserint. Ut eamq; vero, velut à liliis Sufæ, non immerito inter Italicas urbes à flore Florentia nuncupata, ut pote quæ, Domine mi præstantissime, patria hæc tua, quam tam libenter incolimus, tam formam suam, & incomparabili rerum omnium amœnitate, totius sit Italiae flos; ut invidè mihi facere videantur, qui Fluentiam antiquum urbis nomen sibi somniant.

Florentia à flore dicitur. Vo Politianus, epist. li. 2. epistol. 2.

PUDICITIA. CAP. XII.

Pudicitia, virginitatisq; florem esse liliam, Hieronymus adversus Jovinianum interpretatur, dum Cantico rupi canticum Sponsa illa cœlestis fratrualem suam inter lilia pascit canit, hoc est, inter candidissimos virginum choros. Illa enim tota speciosa, nulla notabatur macula, neque etiam ruga, ut Apollolus addidit. Et quod à Libano accersitur, id est, candor interpretatur, sane Nymphis qui sacra faciebant, etiam Gentium Sacerdotes, lilia præsertim candida offerre soliti erant. Ita apud Propertium Terpeia:

*Sape tuis blandis argentea lilia Nymphis,
Romula ne faciam lederet hasta Tach.*

Cant. ca. 6. & Cant. c. 4. Gameliu pascuntur in liliis.

C Sciendum tamen in universum flores dicitur ab Apollonio, ut Argonauticè primo:

*De q; dicitur dicitur nomen à regibus pascuntur.
Pulchra fremunt ut Apes pascentes lilia circum.*

Quamvis proprie flos est qui liliam appellatur, quem Theophrastus libro de plantis, narcissum esse dicit, alii autem liliam. Et licet & pulchra & delicata lilia sint, ea tamen invita Veneri ait Nicander in Alexipharmacis, quod olim de candore cum Dea certare voluerint, eamq; indignatam lilia in almini pudendi formam transmutasse, adeo nihil tam ridiculum, tam ineptum, quod sibi Græci non petantiant.

Lilia in votis Veneri.

JUNO. CAP. XIII.

Verum odium hoc in liliam, inde potius processisse videri potest, quod flos Junonis liliam esse dicitur, ut ex Deæ lacte progenitum, cum subjecto clam Herculi ubera à mo illet, dolore statim cognito se retraxisset: guttas vero lactis a junc aliqnot in terram decidisse, ex quibus mox lilia pullularint. Meritoq; flos Regius etiam appellatur, non à Junone Regina tantum denominatione sumpta, sed à Regia qua præstant celsitudine, quod tanta proceritate super flores alios attollitur, ut ad iria interdum cubita surrigatur.

Regina florum hodie & flos regum, nimirum Francorum.

DE CARDUI SCOLYMO. CAP. XIV.

ET quoniam hodierna dictio per flores volutatur, bonaq; eorum pars, boni parum admodum pollicetur, ut conditionem quisq; perpendat suam, de cardui Scolymo, de que fremio quædam minime dissimulanda.

Ssss

IMBE.